

63. III. Violentarum excommunicationum temeritas, quæ non in clericos duntaxat, sæpius oblevissima etiam delicta: sed in reges etiam atque Imperatores, fuerunt decreta.

64. Incommoda externa, ex internis istis subsequuta fuerunt & plurima & gravissima: ut bella atrocia, motus maximi, potentissimorum regnorum ruina: ipsius aded Romani Imperij inclinatio.

65. Hinc Gregorius VII. Heinricum III. Imperatorem: Hadrianus III. & Alexander III. Fridericum I. Barbarossam: Innocentius III. Philippum & Othonem. Gregorius IX. & Innocentius III. Fridericum II. Iohannes XXII. Ludovicum Bavarum, fortissimos & præstantissimos Imperatores nequissimi & perditissimi Pontifices, & furia Romana gravissimè fuerunt persecuti.

66. Infert ex his Confessio nostra Articulo VII. & postremo mutatorum abusum, iustas & necessarias prorsus fuisse causas oblatas Orthodoxæ Ecclesiæ, doctrinam puriorem restaurandi, cuius summa consistat in discrimine vero atque proprio potestatis utriusque, Ecclesiasticæ & politicæ monstrando.

67. Est verò discrimen illud triplicis considerationis: differunt enim primùm subiectis; siquidem civilis Magistratus officium est, societatem politicam, disciplinam & pacem externam tueri, defen-